





APHORISMI THEOLOGICI  
QUIBUS

CONTROVER-  
SIAE TUM TEXTUALES,  
TUM DOCTRINALES IN GENESI  
MOSAICA occurrentes, summa-  
tim continentur,

*Ad materiam disputationum*

SUB PRÆSIDIO

JOHANNIS GER-  
HARDI DOCTORIS AC  
Professoris Theologi

*A Theologiae Studiosis in Academia  
Jenensi propositi*

ANNO M. DC. XVII.

J E N Æ

Typis TOBIÆ STEINMANNI.

---

ANNO M. DC. XXII.

ALBION ...

GOETTER ...

M ...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...



*Magnifico, Strenuo, Splendore generis,  
eruditione & virtute Nobilissimo  
Viro,*

**DN. JOHANNI  
GEORGIO à Salfeldt/PERIL-  
LUSTRIUM & GENEROSISSIMO-  
rum DDDN. Comitum à Schwarzburg & Hohn-  
stein/re. Sacri Rom. Imp. Comitum Quadrarvi-  
rùm, lineæ Arnstadiensis Consiliario inti-  
mo ac meritissimo,**

*Domino fautori & amico suo multis nomi-  
nibus honorando.*

**S***ALFELDI Charitum decus immortale, corona  
Virtutum, vera Nobilitatis apex,  
SALFELDI Comitum magnorum cor & ocellus,  
Musarum templum atq; ipsa medulla Dices,  
Suscipe, qua prompto ferimus chartacea corde  
Munera, sed facili suscipe quæ se manu.  
Parvula sunt, fateor, nec tanto culmine digna,  
Nec patrociniij digna favore tui.*

*Respice*

Respice materiem, quam trahant, respice mentis  
Affectum, & statues munera magna dari.  
Materies hujus GENESIS MOSAICA doni est,  
Cui datur in sacro Codice primus honos.  
Hanc non immerito Sophiae caelestis & omnis  
Scripturae sacrae dixeris Oceanum.  
Ex hoc Oceano studiis operata Juventus  
Ingenij sicula, quas damus, hausit aquas.  
Glaucius atlantes inter non ultimus istos  
Ex hoc plena undis proluit ora sacris.  
Affectus mentis Tibi magno parvula donans  
Maximus est, magno dignus amore tuo.  
SALFELDI Charitum decus immortale, corona  
Virtutum, vera Nobilitatis apex.  
SALFELDI Comitum magnorum cor & ocellus  
Musarum templum, vive, vale atq; fave.

Observ. & sinceri affectus ergo  
inscripsit

Joh. Gerhard D.

THE



**THEMATA DISPUTA-  
TIONIS PRIMÆ.**

**Ex cap. 1. & 2. Geneleos.**

**Resp. M. SALOMONE LENTZIO,**  
jam Ecclesiae aulico Reverendiss.  
Administ. Archiep. Magd.

**CAPUT I.**  
**I.**



**MUNDUM HABERE**  
principium, & sic non  
esse æternum, ex vers. 1.  
constat.

2. Mundum non esse  
formatum ex aliqua  
præexistente materia, si immediatam spe-  
ctes creationem, asserimus ex v. 1.

3. Ex phrasi **בְּרֵאשִׁית אֱלֹהִים** myste-  
rium Trinitatis secundariò probari potest  
vers. 1.

4. **DEUS** primùm rudem & indisposi-

**A 3**

**tam**

tam molem condidit. Verba ergo: *In principio creavit Deus cælum & terram*, non summam, sed de rudi mole accipimus. vers. 1.

5. Quod voce אַנְגֵּלִים Angeli & cælum Beatorum possit intelligi, v. 1. ex litera non probatur.

6. Per abyssum intelligimus aquas, quæ hîc creatæ æstimantur v. 2.

7. Per Spiritum Dei intelligimus Spiritum sanctum. v. 2.

8. Per dixit Deus, Filium Dei, qui est *Abyos*. v. 3.

9. Lux ἀρχέγονος fuit qualitas corpori lucido insita.

10. Firmamentum simpliciter accipimus totum illud cœlestium corporum systema. v. 6. & 8.

11. Usus siderum agnoscimus, Astrologicam tamen divinationem non probamus. v. 14.

12. Et si muscæ & insecta alia ex putredine nascantur, quintâ tamen die originaliter producta esse, dubitari non debet. v. 24. 25.

13. In phrasi: *Faciamus hominem*, lucet Trinitatis mysterium. v. 26.

14. Ima



14. Imago & similitudo non differunt  
vers. 26.

15. Imago Dei in homine fuit accidens  
concreatum.

16. Agnoscimus in statu innocentiae li-  
beram subjectionem, non violentam do-  
mini coactionem. v. 29.

17. Esus carniū an ante diluuiū  
fuerit in usu dubitatur. v. 29.

## EX CAPITE II.

1. Non omnia simul sunt condita.  
vers. 4.

2. Deus quiescit non ab operis conser-  
vatione, sed ab operis productione.  
vers. 2.

3. Sabbathum etiam ante promulga-  
tionem Decalogi præceptum, dies Sabba-  
thi in V. T. erat septimus, in N. T. libertas  
elegit diem Dominicū. v. 3.

4. Hominis corpus diverso respectu  
erat mortale & immortale. v. 7.

5. Anima inspirata non fuit de essentia  
Dei. v. 7.

6. Animam rationalem cum potentiis  
inspiravit Deus v. 7.

A 4

7. Ani-

- 4
7. Anima non amplius cœlitus inaspitur, sed mediante animâ Parentum propagatur.
  8. Paradisus fuit locus in Oriente. vers. 8.
  9. Flumina Paradisi probabiliter notari possunt.
  10. Arbor vitæ habebat vim conservandi sanitatem. v. 9.
  11. Arbor scientiæ boni & mali non fuit malitiæ & bonitatis causa, sed objectum obedientiæ humanæ. v. 17.
  12. Lex de arbore vetita tradita est post conditam mulierem.
  13. Lex minatur omnis mortis species.
  14. Deus primum conjungit marem & foeminam: est ergò conjugium unius maris & foeminæ legitima conjunctio.
  15. Etiam si Adamus fuerit sapientissimus, quod constat ex ὄνομα θεοῦ, multa tamen in statu integritatis etiam ignorasset.
  16. Somnus Adami fuit præternaturalis, quando ex costa ædificabatur mulier. v. 21.
  17. Costa, ex qua ædificata est mulier, fuit primùm carne operata, secundò fuit ani-

animata. Anima ergò Evæ non fuit ex nihilo creata & inspirata: sed mediatè ex anima Adami traducta. v. 22.

18. Nuditas primorum Parentum, non fuit dehonestamentum, sed ornamentum.

19. Si quæ suborientur dubitationes vel in textu Hebræo, vel in versione vel in aliis quæstionibus non allegatis, ut ex subjecta materia deducantur & examinentur, à Dominis Collegis amicè rogatur.



*THEMATA DISPUTATIONIS SECUNDÆ,  
EX III. CAP. GEN.*

Resp. M. WILHELMO LYSERO,  
jam SS. Theol. Licentiato.

I:

Serpens fuit verè. v. 1. 14. sed non merè (v. 1. 2. 3. 4. 5.) naturalis.

2. Peccati primi causa non Deus (ex v. 3. 8. 11. 14. 15.) sed externa Diabolus (ex themate primo) interna propria voluntas (ex v. 6.)

A 5

3. Pri-

- 6
3. Primum peccatum incredulitas ex v. 3. 4. 5.
  4. Uterq; parens peccavit, uterq; seductus (ex v. 6. 12. 13.)
  5. Concupiscentia prava non fuit con-creata (ex v. 6.)
  6. Per lapsum amissa imago Dei & introductum peccatum (ex v. 7.) mansere tamen quædam reliquiæ in actu, non tantum potentia (ex v. 7. 8. 11.)
  7. Peccatum non est mera privatio (ex v. 7.)
  8. Peccatum non est ipsa substantia (ex v. 7. 12. 16. 17. 19.)
  9. Peccatum per generationem propagatur ex v. 19.
  10. Jure maledicta sunt serpens & terra v. 14. 17.
  11. Et serpens & Diabolus puniuntur, v. 14. 15.
  12. Inimicitia non naturalis, sed spiri-tualis. v. 15.
  13. Versio vulgata vitiata ex v. 15.
  14. Contritio capitis serpentini ad Mariam referri nequit. v. 15.
  15. Semen mulieris solus Christus ex v. 15. qui

15. qui describitur, ut D E ũ s & homo, in eod. vers.

16. Christus ex virgine nasciturus prædicebatur. v. 15.

17. Vox deambulans in Paradiso, ipse Filius Dei. ex v. 8. & 5.

18. Mors non ex creatione sed ex prævaricatione, ex vers. 19.

19. Idem semper Evangelium ex v. 15.

20. Satisfactio Christi necessaria. v. 17.

21. Ante Dei concionem non invenies in Adamo veram conversionem, ex v. 8. & 12.

22. Pluralitas אלהים in unitate יהוה ex v. 12.

23. Arbor vitæ non significativè sed effectivè dicitur ex v. 22.

24. Cherubim & flammeum gladium historicè & non mysticè accipimus. v. 24.

---

COROLLARIUM.

*Versio Lutberi quàm proximè in hoc capite ad fontes accedit.*

**THE**



**THEMATA DISPUTA-  
TIONIS TERTIÆ.**

**Ex c. 4. & 5. Genes.**

**Resp. M. WERNERO DENSKIO,  
Collegii Philos. Adjuncto.**

**САРУТ IV.**

**I.**

**E**T si concedimus Adamum uxorem suam post lapsum demum cognovisse, illud tamen Hieronymi probare non possumus. Nuptiæ replent mundum, virginitas Paradisum. v. 1.

2. Cainum primogenitum Adami filium fuisse statuimus, ex v. 1.

3. Particulam **ἢ** vers. 1. notam accusativi casus esse asserimus.

4. Messiam nostrum verum & æternum Deum esse ex v. 1. concludimus.

5. Ἐθελοθεσιακείας Pontificiorum ex v. 3. & 4. probari non posse statuimus.

6. Causam propter quam Abelis sacrificium Deo fuit acceptum, Caini verò minùs

minùs , fidem esse credimus versic. 4.

7. Signum , ex quo cognovit Cain , Abelis sacrificium Deo esse gratum , suum verò non , ignem delapsum cœlitùs fuisse ex v. 5. probabiliter concludimus.

8. Deum omnes omninò homines, nullo excepto salvos velle, ex vers. 7. colligimus.

9. Dari adhuc vires liberi arbitrii in hominibus ante regenerationem quoad spiritualia ex v. 7. non probatur.

10. Ex peccato originali tanquam ex arbore fructus, peccata actualia provenire concludimus ex v. 8.

11. Si tam protervè Cain respondet Deo omnia videnti, quantò magis Patri de Abele quærenti. v. 9.

12. Providentiam divinam circa omnes res etiam minutissimas, cum primis Ecclesiam ejusq; membra versari, ex v. 10. colligimus.

13. Inter calamitates piorum & impiorum notabile discrimen esse ex v. 11. concludimus.

14. Sterilitatem terræ peccati poenam esse ex v. 12. asserimus.

15. **נְעוּנָה** corporis, animi & omnium bene-

bonorum fluctuationes, adeoq; exclusio-  
nem ex societate Politica, Oeconomica &  
Ecclesiasticâ denotare statuimus. v. 12.

16. Quando Cain ad Deum dicit: ma-  
jor est mea iniquitas, quàm ut remitti pos-  
sit, respondemus ei cum Augustino, men-  
tiris Cain. v. 13.

17. Dari legem Naturæ ex vers. 14. col-  
ligimus.

18. Deus voluit Caino parcere, non qua-  
si fratricidium ipsius approbaret, sed ut ad  
pœnitentiam ipsum adduceret. v. 15.

19. Nod terræ illius in qua habitavit  
Cain, Epitheton esse asserimus. v. 16.

20. Paradisum certum & definitum lo-  
cum fuisse ex v. 16. asseveramus.

21. Cain duxit sororem & tamen in-  
cestum non commisit, v. 17.

22. Lamechum polygamie autorem  
primum fuisse statuimus, illamq; propte-  
reà non tolerandam, v. 19.

23. Artes etiam per impios homines  
inventas, donum DE I esse, colligimus ex  
v. 20. 21. 22.

24. Lamechum homicidia sua thrafo-  
nicè jactare & impunitatem sibi promit-  
tere statuimus ex v. 23. 24.

25. Per-



25. Perpetuitatem Ecclesiæ Catholicæ agnoscimus ex v. 25.

26. Ex v. ult. Monachatum suum Bel-  
larminus probabit ad Calendas Græcas.

CAP. V.

1. Ex vers. 1. probari non potest, homi-  
nem non amisisse imaginem divinam.

2. Qui foeminas homines esse negant,  
extremè delirant, v. 2.

3. Deus creavit duos distinctos sexus,  
non ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ut Judæi fabulantur. v. 2.

4. Versionem LXX. in v. 3. vitiosam  
esse statuimus.

5. Annos Patrum neq; menstruos neq;  
lunares, sed solares fuisse concludimus.

6. Longa ætas Patrum pendeat ex  
causis tum physicis tum hyperphysicis.

7. Ex v. 3. totius humani generis de-  
pravationem, adeoque ipsum peccatum  
Originale agnoscimus.

8. Clausula illa ὁ θεὸς ἀληθὴς καὶ ἰσχυρὸς  
propterea ad-  
dita est, ut intelligamus Deum esse vera-  
cem, Diabolum verò mendacem.

9. Cœlibatum per se non esse sanctio-  
rem conjugio asseveramus, ex v. 22.

10. De-

10. Doctrinam de resurrectione mortuorum & vita æterna ab initio mundi in Ecclesia sonuisse, probamus ex vaticinio Henochi, quod est in Epistola Judæ.

11. Enochus in anima & corpore in cœlum sine interitu receptum fuisse statuimus, ut homines haberent manifestum immortalitatis & vitæ æternæ testimonium, v.24.

12. Fabulosum & ridiculum est, quod Pontificii somniant, Enochum & Eliam ante adventum Christi redituros & Antichristum oppugnatos.

13. Mathusalem vixisse 14. integros annos post diluuium, fabulosum est.

14. Lamech putavit Noachum aut Messiam aut insignem Messiae præconem fore. v.29.

---

#### COROLLARIA.

I. *Genes. 4. v. 8. negamus textum esse corruptum.*

II. *Vers. 14. versionem Lutheri probamus.*

THE.

THEMATA DISPUTATIONIS QUARTÆ

Ex capp. 6. 7. & 8. Genes.

Resp. M. WILH. EGGELINGIO,  
jam Superintendente Ahlensi in Du-  
catu Lunæburgico.

EX CAP. VI.

I.

**D**iluvium & publica illa humani generis calamitas, orta est, non 1. ex astrorum positu. 2. multò minùs ex absoluto decreto, sed peccata hominum eam provocarunt. v. 2.

2. Istorum peccatorum quatuor potissimum classes haud obscure ex textu colligi possunt. 1. Est carnis concupiscentia. 2. oculorum lascivia. 3. adversus opera Dei & Ministerium repugnantia. 4. tyrannis & ferocia, ex v. 2. 3. 4.

3. Filii אלהים simplicissimè & verissimè de Patriarcharum filiis explicantur. vers. 2,

B

4 Filii

4. Filii **בְּנֵי** de filiis Cainitarum  
exponuntur, v. 2.

5. Diabolus cum sagis suis veros liberos procreare non potest.

6. Fidelium liberi non accipiunt sanctitatem ac justitiam à Parentibus per naturalem propagationem. v. 2. & 3.

7. Per disceptationem Spiritus in homine hinc optimè intelligi potest Spiritus sancti officium elencticon. v. 3.

8. In sacro eloquio aliter caro dicitur juxta Naturam, aliter juxta culpam, ut inquit Gregor. in Job. ex v. 3.

9. Per illos 120. annos hominibus ad diluvium concessos, non fuit humana vita in 120. annos contracta, sed hominibus tantum tempus concessum ad poenitentiam agendam vers. 3.

10. Vox **בְּפִי לֵי** hoc loco metaphoricè capienda pro impiis illis defectoribus, qui Deum gigantum more protervi oppugnabant, ejusq; fideles ministros miris modis divexabant, seu pro tyrannis præpotentibus, qui numero & violentia reliquis erant superiores grassantes in quosvis pro arbitrio, v. 4.

11. Liberi arbitrii temeraria assertio & mali

mali originalis extenuatio Pelagianis & Pontificiis usitata refutatur, vers. 5. & cap. 8. v. 21.

12. Distinctio cordis & fictionis in corde, quæ etiam cogitatio seu meditatio vocatur, Manichæam ac Flacianam accidentis seu παρακείμενς cum ipsa hominis essentia confusionem confutat. v. 5.

13. Deus dicitur poenitere non παθητικῶς sed ενεργητικῶς, non διοπαθῶς sed ἀνθερωπαθῶς, v. 6.

14. Ecclesia in hoc mundo externo splendore numero & potentiâ minimè est metienda. v. 8.

15. Noah non priorum meritorum, sed imputatâ fidei justitiâ: non sanctitate propriâ laudem justitiæ coram DEO promerendo, sed justitiam venturi Messie verâ fide apprehendendo justus pronunciatur, v. 9.

16. Inter filios Nohæ primogenitus est Sem, ex v. 10. c. 7. v. 13.

17. Ligna ἱξῶν Lutherus rectissimè reddidit Tannenholz / quamvis etiam non incommodè de pinu possit explicari. v. 14.

18. Arca satis capax fuit ad recipienda tum animalia tum eorum escas. v. 15. & 21.

B 2

19. Ar-

19. Arcam plures quàm tres contignationes habuisse, ejusq; figuram fuisse acuminatam, ex textu demonstrari nequit. v. 15. 16. 17.

## EX CAP. VII.

1. Distinctio mundorum & immundorum animalium Noæ quoque haud incognita fuit, v. 2. & c. 8, v. 20.

2. Inepti sunt Doctores juris Pontificii, qui ex disparitate numeri animalium mundorum & immundorum, cujus hîc fit mentio, concluderunt nuptias esse immundas.

3. Pisces in arcam non sunt recepti, v. 14. & 22. & c. 6. v. 17.

4. Probamus sententiam Augustini, qui dicit, sufficere mulorum mularumque parentes in arca fuisse, equinum atque asinum genus, non ipsos mulos vel mulas, v. 14. & seqq.

5. Ridiculum est, quòd quidam monocerotem sive unicornem in diluvio penitus interiisse existimant, v. 10. 22.

6. Quod Noah cum omnibus, qui in arca erant, tanto durare tempore potuit,

non

non aliunde fuit, quàm ex superna gratia, cui omnia sunt possibilia. v. 16. & 23.

7. Deus justè quoq; animalia ἀλογα pœna diluvii affecit. v. 4.

8. Diluvium verno tempore suum initium habuit, ex v. 11.

9. Montes non in diluvio primùm sunt congesti, sed ante illud quoq; extitère ex v. 19. & 20.

10. In diluvio quosdam fuisse salvatos Piscator colligit ex collatione 1. Pet. 4. v. 6. cùm 1. Petr. 3. vers. 19. & 20. Nos iudicium hïc suspendimus usque ad ipsam collationem.

11. Quamplurima alia humana curiositas in hoc capite quærere solet, quæ tamen ratiocinatione attingere non potest. Transcendunt enim mentem nostram. Et nunquam potest humanâ cogitatione attingere & comprehendere eorum, quæ à DEO condita sunt, rationem, ut dicit Chrysost. hom. 25. in Genes.

## EX CAP. IIX.

1. Per vocabulum קָיָוָה non intelligitur Spiritus sanctus, sed ventus, v. 1.

B

3

2. Error

2. Error in calculo est apud LXX. Interpp. & vulgatam, pro die enim mensis decimo septimo legunt septimum & vigesimum, v. 4.

3. Corvum à Noah emissum ad arcam nunquam rediisse ex textu probari nequit, quin potius contrarium Hebræa veritas innuit. v. 7.

4. Ineptit Canus ille, quem adducit Rob. Bellarm. libr. 2. de V. D. c. 2. quod ex hoc versu voluerit demonstrare, corruptos ab Hebræis esse Codices divinos, quia hic scriptum legatur, corvus egrediebatur & revertebatur: Cùm vulgata editio & LXX. & omnes Patres legant, non revertebatur. Hoc enim non est ex fontibus rivulos deducere, sed ex rivulis turbidis lacunam pro limpidò fonte quærere, v. 7.

5. Particula  $\Upsilon$  in Scripturis multoties non exclusivè, sed inclusivè est intelligenda, id est, non semper significat terminum, sed sæpiùs continuationem & perpetuitatem. v. 7.

6. Septem dies inter corvi & columbæ primæ ablegationem intercessisse probabili ratione colligitur ex v. 10.

7. In versibus 5. & 9. nulla est ἀντίφασκ.

8. Vul-



8. Vulgata Latina versio à veritate Hebraea longius discedit, quando pro folio olivæ raptò, ramum virentibus foliis reponit, v. 10.

9. Noah fuit in arca per annum integrum solarem, v. 13. 14. 15.

10. Noah ab arca egressus non absque mandato aram ædificavit & sacrificavit, v. 20. 21.

11. Per odorem hinc non intelligitur odor, quem emittebant mactatæ & incensæ victimæ, sed fragrans & DEO acceptus cultus Nohæ ex fide præstitus, v. 21.

12. Quod Deus adducit eandem causam, cur deinceps non amplius diluvium universale inducere velit, propter quam antea diluvium immiserat, Gen. 6. v. 5. in eo nulla est ἀντιλογία, v. 21.

13. Nullum diluvium Catholicum amplius est futurum, v. 21. 22.

14. Diluvium gentilibus quoque non planè ignotum fuisse ex profanis historiis liquet.

B 4

THE.

**THEMATA DISPUTATIONIS QUINTÆ**

**Ex capp. 9. 10. & 11. Genes.**

**Resp. DAVIDE TANCKEN Wis-  
mariensi Megapolitano.**

**CAPUT IX.**

**I.**

**B**enedictiones Genes. 9. descriptas non longè post egressum Nohæ & filiorum ejus ex arca à D E O datas esse statuimus, vers. 1.

2. Cœlibatum Pontificiorum ex vers. 1. improbamus.

3. Dominium in bestias tale restituitur, quale post peccatum mansit. v. 2.

4. Esum carniū ante diluuiū omninò licitū fuisse & universaliter ab omnibus usurpatum non dicimus. v. 3.

5. Non tamen ad jejuniū Pontificiorum obstringimur, v. 3.

6. Generalis illa locutio: Omne quod  
move-

moveretur & vivit, erit vobis in cibum, venenata animalia non includit, vers. eod.

7. Neq; esus animalium immundorum, quæ Lev. II. describuntur, hic admittitur, v. eod.

8. Cujus prohibitionis causas, dari posse existimamus Physicas & Theologicas, v. eod.

9. At in N. T. non sumus amplius obstricti ad harum II. de non comedendis animalium immundorum carnibus & sanguine observationem, v. 3. & 4.

10. *Autοχθεία* non licita est, v. 5. 6.

11. Magistratus jus gladii habet in delinquentes v. 6.

12. Papa nullo jure jus gladii sibi ascribit, vers. eod.

13. Vulgata versio vitiosa, v. eod.

14. Homicidia pœnam capitis merentur. v. 6.

15. Bella tamen legitima non improbantur.

16. Quædam casualia homicidia reum ab omni culpa coram Magistratu non absolvunt: Quædam à pœna capitis in foro soli reum absolvunt, non sic in foro poli ab omni culpa liberant, v. eod.

B 5

17. Arith.

17. Arithmetica proportio in irroganda poena homicidii observari debet, vers. eod.

18. Neq; ob homicidium defensorium quis gloriari & animo efferri debet, v. eod.

19. Præfixum ׀ in ׀ִנְיִן v. 8. est continuata particula. Eodem enim tempore Deus hæc omnia est locutus.

20. In verbis illis : *neq; erit diluvium*, v. 11. promittitur securitas à diluvio aquae universalis, sed non igneo, quod in novissimo die ipsam mundi substantiam absument.

21. Iridem ante diluvium non fuisse putamus, v. 16.

22. Sem fuisse primogenitum Noæ probabiliter dicitur, v. 16.

23. Noë post diluvium plures genuisse filios valdè improbable est, v. 19.

24. Apud pios Patres ante diluvium potum vini fuisse in usu vix probari potest, licet esum uvarum demus, v. 20.

25. אִישׁ הָאֲדָמָה vers. 20. non notat virum potentem, neque illum tantum, qui ruri non in urbibus agit, sed simpliciter agricolam.

26. Noah

26. Noah post annos non paucos à diluvio vino inebriarum esse putamus, v. 21.

27. Noæ ebrietatem excusamus, non verò probamus simpliciter, v. eod.

28. Poculum sanitatis mandatur: poculum hilaritatis toleratur, poculum ebrietatis damnatur, v. 21.

29. Quod Canaan maledicatur, id non evincit ipsum primum nuditatem avi vidisse, ac Patri indicasse, ut Rabbini fabulantur, & cum illis quidam Pontificii, v. 25.

30. Miramur Scaligerum in elench. p. 54. impio Chamo in hoc delicto patrocinari voluisse, v. 22.

31. Non sine causa maledictio indicta est Chanaan: non verò reliquis Chami filiis, v. 25.

32. Absit ut hinc absolutum Calvinianorum decretum stabiliamus, v. eod.

33. Servitus humanæ Naturæ, prout à Deo fuit instituta, est contraria, v. 26.

## EX CAP. X.

1. Insignis & multiplex est usus Genealogiæ hîc descriptæ v. 1.

2. In

2. In verbis juxta linguas suas, v. 5. Proleptis est: nam tùm temporis tantùm una in usu fuit lingua, v. 5.

3. Verba: *Cæpit esse potens*: minùs concinnè ad corporis molem & robur Nimrodi à LXX. referuntur, v. 8.

4. Fuit autem Nimrod primus Monarcha, v. 8.

5. Cujus Monarchia à S. S. non videtur laudata, v. 9.

6. Nemo imperia omnia, quamvis ex malo principio orta, abolenda dicat, v. 9.

7. Venatio Nimrodi magis de hominibus, quàm de feris est intelligenda, vers. 9.

8. Venationes tamen ferarum Principes jam rectè sibi ascribunt, v. eod.

9. Quod jus venandi si privatus ex contemptu legis sibi capit, meritò severius in eum animadvertitur, v. eod.

10. Vox Assur v. 11. non videtur esse nomen personæ, sed Assyria intelligi potest.

11. Vox **אַרְרַחְיָא** non appellativè reddenda cum vulgata, pro plateis, sed nomen proprium est civitatis, v. 11.

12. Nemi-

12. Ninive non Resen videtur magna civitas dici, v. 12.

13. Caphtorim septimus filius est Mizraim non nepos, v. 14.

14. Neq; Philistini nepos est Mizraim, sed per ὁστέγων Philistæos provenisse ex Caphtorim dicitur.

15. עֶבֶר non nota est præposit. sed proprium nomen, v. 21.

## EX CAP. XI.

1. Ante turris Babylonica ædificationem una tantum lingua in usu fuit. v. 1.

2. Quam putamus fuisse Hebræam, v. eod.

3. Hyperbolica locutio est homines civitatem & turrim ædificare voluisse, cujus culmen in cælum usq; pertingat, v. 4.

4. Finis ædificandæ urbis & turris non fuit hîc, ut si quando Deus iterum diluvium immitteret, ad illam confugere & ab aquis diluvii tuti esse possent, neq; quæ fabula est Ethnicorum, Deum è cælo exturbare voluerunt. v. 4.

5. Primarius autor hujus vani consilii non immeritè Nimrod statuitur, v. 4.

6. Quam

6. Quàm altum ædificium imperfe-  
ctum fuerit, certò sciri non potest.
7. Mysterium pluralitatis personarum  
in divinis probatur ex v. 7. & 8.
8. Non multitudo linguarum, sed ea-  
rum confusio sine intelligentia ædifican-  
tium pœna fuit, v. 7.
9. Hebræa lingua in confusione hac  
non est corrupta, v. 8.
10. Fuit autem olim perfectior ac nunc  
est apud Judæos, v. eod.
11. Mansit apud illos incorrupta, qui  
ædificationi non interfuerunt, v. eod.
12. Puncta etiam Hebraica literis eo-  
rundem sunt coætanea, v. eod.
13. Numerus linguarum in Babylone  
exortarum certò determinari non potest,  
v. eod.
14. Licet collocutio, quæ beneficio  
linguarum perficitur, in altera vita futura  
sit: non tamen ibi talis erit linguarum di-  
versitas, qualis hodiè est, v. eod.
15. Non est Cain medius inter  
Arphaxad & Sale, uti LXX. habent, v. 12.
16. Heber v. 14. idem est cum illo, cujus  
sit mentio cap. 10. v. 21.

§7. Quan-



17. Quando cœperit idololatria, an tempore Nimrodi, an vero tempore Sarrug, certò non scimus. v. 20.

18. Abraham 70. anno Thare non natum esse, sed 130. anno ejus ætatis ex Scripturis colligimus, v. 26.

19. אור est nomen loco non appellativum, v. 28.

20. Verba עַל פְּנֵי אֲבִיר tempus non autem genus mortis Haran expriment, v. 28.

21. Nuptiæ Abrahami ducentis in uxorem Haranis privignam Sarai non fuerunt incestæ, v. 31.

22. Ur etiam est nomen loci, v. 31.



**THE**

THEMATA DISPUTATIONIS SEXTÆ

Ex capp. 12, 13, & 14. Gen.

Resp. BERNHARDO BERSCHOVIO  
jam S. Theologiæ Doctore.

CAPUT XII.

I:

**V**Ocatio Abrahami & Ur Chaldæorum non ἐμμέσως per Semum, sed ἀμέσως à Deo est facta. v. 1.

2. Neq; hæc vocatio nova & diversa ab illa, quâ Abraham præcedenti capite ex Chaldæa egressus legitur, sed una, vers.

3. Vocationis & μετακίεσις mandato Dominus partim corporalem, partim spiritua!em promissionem subnectit, vers. 1. 2. 3.

4. Quod Abraham phrasi figuratâ *Benedictio* nominatur, Flaciarum instituto haud inservit, v. 3.

5. Tur-

5. Turpissimè judaizat Calvinus, quando particulam  $\eta\delta$  de persona Abrahami παραδειγματικῶς accipi posse astruit, v. 3.
6. Abrahamum vivo adhuc Parente, ex Haram in Canaan profectum esse Chronologica ratio evincit, v. 4.
7. Per animas in Haram procreatas non bestias neque Abrahami liberos, sed servos & servorum natos intelligimus, vers. 5.
8. LXX. & vulgatam Latinam minùs rectè nomen proprium loci  $\text{הַרְרֵי מֹרִי}$  per excelsum & illustre reddere statuimus, vers. 6.
9. Quod Abraham inter peregrinandum varias aras ædificat, Pontificiorum  $\text{\epsilon\theta\epsilon\lambda\omicron\theta\eta\sigma\kappa\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma}$  non confirmat, v. 7. & 8.
10. Unum locum non esse naturâ altero sanctiorem constat. Ibid.
11. Promissiones divinæ corporales conditione crucis non carent v. 9. & 10.
12. Licitum est pericula & calamitates publicas fugere, nisi officii vel consciëntiæ ratio impediatur, v. 10.
13. Publicæ calamitates non immittuntur ob Evangelii exortum, sed contemptum. Ibid.

C

14. Con-

14. Conversatio externa cum impiis  
etsi non simpliciter prohibita, tamen est  
periculosa, v. 12. & 15.

15. Abrahamum aliquid humani in-  
terdum passum esse, evidentissima hinc oc-  
currit nota, v. 13.

16. Quod factum Abrahæ in abnega-  
tione Sarai benè cessit, non id ejus debe-  
tur prudentiæ, sed divinæ clementiæ,  
v. 17.

17. Non malum culpæ est à Deo, sed  
pœnæ, v. 15. 17.

18. Ob Sarai raptum justè punitur Pha-  
rao & tota ejus domus, v. 17.

19. Sarai castitatem in aula Pharaonis  
illibatam mansisse, satis apertè habetur  
verf. 19.

### EX CAP. XIII.

1. Plaga, versus quam ex Ægypto ascen-  
debat Abraham, fuit Australis, non respe-  
ctu Ægypti, sed reliquarum partium Cha-  
naan, v. 1.

2. Divitiæ bonos ornant, malos defor-  
mant, v. 2.

3. Per

3. Per se cum pietate non pugnant,  
vers. 2.

4. Christianorum unitati non adve-  
fatur, proprias & distinctas possidere fa-  
cultates, v. 2. & 5.

5. Abraham & Loth fratres sunt, non  
naturâ, sed cognatione, & affectu, v. 8.

6. *ἄμειντα* interdum juris rigori est præ-  
ferenda, v. 9.

7. Homines sceleratissimi sæpiùs for-  
tunatissimi, v. 10. & 13.

8. Vulgata Latina versio non est Hie-  
ronymi, v. 13.

9. Terræ Canaan possessio & possessio-  
nis perpetuitas Israëlitis promissa est sub  
conditione pietatis, v. 15.

10. Fallit illa Hieronymi regula: Vox  
**על**, quando cum Vau in Scripturis  
scribitur, æternitatem notat. Ibid.

11. Ineptit, qui urbem Hebron à filio  
quodam Calebi demum nomen accepisse  
existimat, v. 18.

### EX CAP. XIV.

1. Reges Sodomæ & finitimi nec po-  
tentiâ nec imperii amplitudine cum no-  
stris hodiè regibus sunt comparandi, v. 2.

C 2

2. Quid

2. Quid vallis Siddim, nec LXX. nec vulgata Latina versio verè expriment, vers. 3.

3. Communem illam Græcam, quam nos habemus, LXX. versionem ex Codicis Hebræi exemplari non punctato translata, ac in multis locis corruptam esse dubitari non debet, v. 5. & 7.

4. Hebræorum nomen non ab Abraham, sed ab Heber pronepote Semi descendit. v. 13.

5. Abrahamo cum Amorrhæis foedus inire licuit. Ibid.

6. Idem adversus quatuor Reges belligare optimo jure potuit. v. 14. & 15.

7. Neq; illud bellum Deo displicuit, v. 18. 19. & 20.

8. Melchisedechum hominem fuisse scimus, an verò Sem, an alius fuerit, in medio relinquimus, v. 18.

9. Melchisedechum typum Christi in multis fuisse asserimus, v. 18.

10. Eundem ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα ex Epistola ad Hebræos cap. 7. v. 3. respectu manifestationis & typi dicimus.

11. Salem proprium civitatis nomen, & quidem Hierusalem esse putamus, v. 18.

12. Sacri-

12. Sacrificium Papicolarum Missaticum hoc loco adumbratum fuisse pernegamus. Ibid.

13. Juraamenta in re gravi non sunt prohibita, v. 22

14. Spolia à Rege Sodomæ muneris loco oblata, Abraham justè recusavit, v. 23.

---

**THEMATA DISPUTATIONIS SEPTIMÆ**

Ex capp. 15. 16. & 17. Gen.

R. M. MICHAELE WALTHERO  
jam Ecclesiaste aulico Sereniss. viduæ  
Brunsvicensis.

CAPUT XV.

I.

**M**ercedis vocabulum non semper præsupponit meritum, ex v. 1.

2. Multiplicatio seminis non tantum de corporali, sed imprimis de spirituali Abre posteritate intelligenda, v. 5.

3. Fides Abre omninò aspexit primum illud objectum, quod est Christus, v. 6.

C 3

4. Cre-

4. Credidit Abraham ante quoq; priusquam hic dicatur justificatus. v.6.

5. וַיִּחַשְׁבֶּה active & passive commodè redditur, sensu neutro rejiciendo, v.6.

6. Imputatur Abrahamo verè (absit imaginatio & phantasia nostris Ecclesiis à Jesuitis affricata) sed secundùm gratiam, justitia CHRISTI, vel etiam ipsa fides. Utrumq; Scripturæ consonat.

7. Justificare in toto Codice Biblico nusquam notat justitiam infundere, nedum in articulo Justificationis coram Deo, ubi significatio perpetuè est forensis.

8. Pro fidei justitia Paulus, pro operum justitia Jacobus tam dictum, quàm exemplum de Abrahamo justificato uterq; concinnè usurpat, v.6.

9. Numerus 400. annorum non est integer, sed ponitur ob roduationem pro annis 430. ex v.13.

10. Supputationem prædicti temporis ordimur ab eo anno, quo Abraham ex Ur Chaldæorum vocatus est. Terminus absq; hæsitatione in egressu ex Ægypto terminatur.

11. Referuntur 400. illi anni tam ad peregrinationem seminis Abraë in terra qua-

qua-



quacunq; non sua, quàm ad servitutem in Ægypto, non quidem disjunctè, sed conjunctè, v. 14.

12. Generationis voce & hominis ætatem centum annis tum plerumque definitam, & procreationem unius personæ ex alia, quadruplicem nempe notari posse asseveramus, v. 16.

13. Fluvius Ægypti non est Nilus ipse, sed rivus ex eo juxta Rhinocoluram urbem profluens à parte Australi Judæam claudens, eamq; ab Ægypto determinans, vers. 18.

## EX CAP. XVI.

1. Polygamia Patrum V. T. an intrinsicè peccatum fuerit, videbimus.

2. Commentum Rabinorum est, Hagarẽ fuisse filiam Pharaonis, ex v. 1.

3. Conjugium Abraë cum Hagar legitimum quidem fuit, sed ex parte imbecillitatibus nonnullis intermixtum, nemini imitandum, v. 3.

4. Angelus ancillæ fugam meditati apparens erat ipsissimus Dei filius, vers. 9.  
10. 11. 12. 13.

5. Hagareni injustè & fastuosè se Saracenos

cenos nuncupant, cūm tamen non de se-  
mine promisso, sed carnis acceptemus o-  
raculum, quod in v. 10.

## CAPUT XVII.

1. Vox **צדקה** cūm sit *πληθυντικὴ*, ju-  
stitiam fidei principaliter notat, *ἐπομένως*  
quoque justitiam novæ obœdientiæ com-  
plectitur, quæ posterior perfectio non est  
absoluta graduum, sed conditionata par-  
tium, v. 1.

2. Abraham multarum gentium Pater  
est, *σαρκὶ καὶ πνεύματι*, v. 4.

3. Nominis mutatio in Abraham & Sa-  
rai non prorsus est frustranea, vers. 5. & 15.  
Frustra autem Papicolæ ex simili nominis  
mutatione, quàm in Petro Apostolo fa-  
ctam autumant, argumentum alicujus pri-  
matus petunt.

4. Circumcisionis fœdere nec Dei sa-  
pientia & justitia, nec misericordia labe-  
factatur, utut videtur rationi absonum.

5. Efficiens circumcisionis Deus est:  
Minister homo, ideòq; in casu necessitatis  
fœmina, v. 10. 23. ex 4. 25. Unde judicium  
fiat de *γεναικοβαπτισμῷ*.

6. In-

6. Instrumentum quo circumcidebantur, cultellum fuisse ferreum seu chalybeum putamus.

7. Materia circa quam fuerunt in genere soli masculi. In specie 1. Posterii Abrahamitici, principaliter, qui ex Isaaco & Jacobo descendebant (non tamen exclusis Ismaëlitis) 2. servi vernaeculi. Et 3. pecuniâ empti, ex v. 12. 23. 27.

8. Profelytis quibusdam liberum erat, circumcidi vel non, qui autem cohabitabant Judæis, tenebantur hoc Sacramentum percipere.

9. *Materia in qua fuit ערלה pellicula* extima membri virilis glandem tegens, non partitio quædam ex ipso glande, ut Philo videtur sensisse, v. 11.

10. Fœmellæ fruebantur omninò fœdere Dei, licet non circumcidi potuerint, ut non sit necesse cum Esavitis in Colloq. Ratisbon. externum aliquod excogitare remedium contra peccatum Originis.

11. *Forma* Circumcisionis consistebat in pelliculæ amputatione, v. 11. Judæi ex traditione addunt distensionem & sectionem.

12. *Finis* fuit. 1. ut efficax esset gratiæ  
C S g o r d i

divinæ organum ( ut ut neget Bellarm. & Calvinus) 2. sigillum justitiæ fidei. 3. nota segregationis ab aliis. 4. adhortatio multarum rerum, & 5. Baptismi figura.

13. Verba promissionis, *Ero Deus tuus & Seminis &c.* non absolutè accipimus cum Calvinianis, sed cum conditione reciproca de custodiendo pacto Dei, v. 9.

14. Octava dies infantibus expressè destinatur, infra nemini licuit circumcidi, v. 12. exempla tamen non desunt, ubi longius hoc Sacramentum fuit dilatatum.

15. Infantulos Judæorum octavum vitæ diem attingentes velle damnare nimis crudele est, divinæ misericordiæ charitatiq; Christianæ longè adversum.

16. Contemptoribus fœderis hujus (contemplare verbum  $\text{קָרַח}$ ) tam temporales quàm æternas pœnas Deus gravissimè minatur, v. 14.

17. In hac propositione: *Circumcisio est fœdus*, nullus est tropus Sacramentarius.

18. Sub initio Ecclesiæ Apostolicæ N. T. circumcisionis ritus factus est *ἀδικία*, qui juxta Prophetarum vaticinia Apostolicâ autoritate pedetentim plenè tandem & justè abrogatus est.

19. Con-

19. Concludimus inde Circumcisionem modernorum Judæorum, Turcarum, aliarumq; gentium non amplius esse Sacramentum, sed Deo potius exosam quam acceptam, Satanæ ludibrium & nominis divini profanationem.

20. Risus Abrahami non oritur ex diffidentia sed lætitiâ, v. 17.

### Adjectanea.

1. LXX. Interpp. in cap. 17. v. 14. malè addunt, ἐν τῇ ὀγδὼν ἡμέρᾳ.

2. Malè quoq; ex quatuor generationibus cap. 15. 16. faciunt quinque Exod. 13. 18. cùm in Hebræo Generationis vox non habeatur, legitur quidem **הַמַּשִּׁי** quod interdum quinos & quinque significat, sed Aquila vertit ἐνοπλισμένοι armati, quem sequitur Lutherus, gerüstet. Vide ipsius Scholion in Bibl. German. ad præsentem locum.

3. Cætera quæ vel ex fonte Hebræo, vel ex Chaldæa, Græca, Latina & Germanica versionibus aliquid difficultatis præseferunt, placidæ Dnæ. Collegarum συζητήσεις volumus reservata.

**T H E.**



**THEMATA DISPUTA-  
TIONIS BIBLICÆ  
IIX.**

**Ex capp. 18. 19. & 20. Gen.**

**Resp. M. SALOMONE GLASSIO,  
Collegii Philos. Adjuncto.**

**CAPUT XIIX.**

**I.**

**V**Ocula אַלְלָנִי in plurali posita Abrahā-  
mum in sylvula quadam habitasse in-  
nuit, v. 2.

2. Non duæ apparitiones, ut Hebræis placet, altera Dei, v. 1. altera Angelorum, v. 2. hîc describuntur, sed una, v. 1. 2.

3. Trias virorum Abrahæ apparens, Fi-  
lius DEI cum duobus Angelis comitibus  
fuit, v. 2.

4. Fuit hæc apparitio non phantastica,  
sed vera in corporibus ad tempus assum-  
tis, & peracto negotio iterum depositis.

5. An ea corpora ex nihilo condita,  
an è materia sive cœlesti, sive Elementari  
for-

formata, de eo nihil constat, quia Scriptura non exhibet.

6. Adoratio Abrahami non fuit religiosa, sed civilis & externa, v. 2.

7. Unum alloquitur, quia is reliquis apparebat gloriosior, v. 3.

8. Tria fata **אֵינִי** Græci nimis generaliter vertunt *τρία μέτρα*, v. 6.

9. Comederunt Angeli non *καὶ ἔφαγον*, sed verè *κατ' οἰκονομίαν* assumptorum corporum, v. 8.

10. Verba **כֵּת חַיֵּי** secundum tempus vitæ, ad Abraham & Saram commodius, quàm ad Deum referuntur, v. 10.

11. Reditus qui hîc promittitur, non est alia manifestatio, sed gratiæ visitatio vers. 10.

12. Risus Saræ meritò à Deo repehnditur, utpote cum quadam dubitatione conjunctus, v. 12. 13.

13. Infirmitas est, non malitia, quod Sara ridet, peculiaris Dei benignitas, quod illam non ut Zachariam Luc. 1. v. 20. castigat, v. 12. 13.

14. Clamant peccata in cœlum, tùm in agentibus impiis, divinam ultionem

14.

tacitè exigendo: tùm impatientibus piis,  
de injuriis apud DEUM conquerendo,  
v. 20.

15. Descensus de Deo κατ' ἀνθρώποπά-  
θειαν dicitur v. 21.

16. Abrahæ intercessio non injusta  
fuit, v. 23.

17. Pro Lotho Abrahamum imprimis  
rogasse ex c. 19. v. 29. constat.

18. Infantibus Sodomitarum DEUS  
non parcit, quia nihilo cæteris meliores  
futuros illos novit, v. 32.

19. Locus Matth. 11. vers. 23. absolutam  
Sodomitarum rejectionem & mediorum  
conversionis negationem non stabilit, sed  
evertit.

## CAP. XIX.

1. Sedet Loth in porta non causâ judi-  
candi, sed hospites excipiendi, v. 1.

2. Simulant Angeli non ex dolo, sed  
ad explorandam Lothi pietatem & hospi-  
talitatem, v. 2.

3. Densa illa Sodomitarum ædes Lothi  
irruentium colluvies verba Dei ad Abra-  
hamum c. 18. v. 32. vera fuisse comprobat,  
vers. 4.

4. Voce



4. Voce **נְעוּרָיִם** nefandum Sodomiae flagitium innuitur, v. 5.
5. Lothi consilium de prostituendis filiabus, neq; planè excusandum, cum non careat culpâ, neque morosè exagitandum, cum careat malitiâ, v. 8.
6. Cœcitas Sodomitis inflictâ non omnimoda visus ablatio, sed sensuum & mentis perturbatio fuit, v. 11.
7. Generos Lothi duarum filiarum, quas domi habebat sponfos, non maritos aliarum jam nuptarum fuisse probabiliter statuimus, v. 14.
8. Respiciendi prohibitio erat obedientiæ exeuntium exploratio, v. 7.
9. Alia Lothi infirmitas occurrit v. 19.
10. Quod Angeli cladem Zoari non inferunt, mutabilitatem decreti divini haud arguit, v. 21.
11. In v. 24. Trinitatis mysterium & argumentum latet.
12. Causa poenæ uxori Lothi inflictæ proxima, respectatio, remota à Mose inobedientia cum diffidentia conjuncta, à Christo temporalium præpostera cura indicatur, v. 26.

13. An

13. An salva facta fuerit Lothi uxor, in medio, & Dei iudicio relinquimus.

14. Quod in statuam salis dicitur commutata, propriè accipiendum.

15. Numerus urbium à Deo perditarum, statuitur quinariis ex Sap. 10. 6.

16. Zoar urbem post egressum Lothi, parem cum reliquis Sodomitis poenam incurrisse, valdè probabile est, v. 30.

17. Patres non tantùm salutari doctrinâ, sed etiam infirmitate suâ nos instruunt, Ambros. v. 31.

## CAPUT XX.

1. Discedit Abraham à convalle Mambre vel ad hospitalitatem exercendam (cujus occasio eo in loco erat abrepta) vel ad loci horrorem & foetorem evitandum, vers. 1.

2. Ablatio Saræ bono fine facta ab Abimelecho, v. 2.

3. Mendacium Abrahæ multis modis improbandum, v. 2.

4. Peccata sunt, quæcunque sunt contra legem, sive à scientibus sive insciis committantur, v. 3.

5. Abi-

5. Abimelechum aliquo veræ religionis gustu imbutum fuisse colligitur ex textu.

6. Innocentia & integritas Abimelechi liberum arbitrium in non renatis nullo modo stabilit, v. 5.

7. Deus à peccatis retrahit, ad ea neminem instigat, v. 6.

8. Regis integritatem non omnis culpæ, sed adulterii tantùm crimine vacuam Deus statuit, v. 6.

9. Quomodo Sara Abrahami & soror & uxor fuerit, in ipsa συζυγίης exponetur, vers. 12.

10. Personarum in SS. Trinitate pluralitas innuitur in v. 13.

11. Verba כֶּסֶף עֵינַיִם alii ad Abrahamum referunt. Nos cum Luthero ad Abimelechi munus Abrahamo oblatum, v. 16.

12. Ubi vulgata textui Hebræo minus congruit, v. 16.

D

THE



THEMATA DISPUTA-  
TIONIS IX.

Ex capp. 21. 22. 23. & 24. Gen.

Resp. M. WILHELMOLYSERO,  
jam SS. Theol. Licentiato.

CAPUT XXI.

I.

**E**X circumcissione  $\delta\kappa\tau\alpha\mu\acute{\iota}\epsilon\rho\omega$  colligimus  
1. Sanctorum liberos non nasci in fœ-  
dere. 2. sed eidem per Sacramentum initia-  
tionis etiam infantes adhuc inferendos. 3.  
infertos fidem habere, v. 4.

2. Risum accipimus in meliorem par-  
tem, v. 6.

3.  $\text{בְּנֵי־בַב}$  positum pro singulari, v. 7.

4. Risum v. 9. pro virulenta irrisione  
accipimus.

5. Sara non ex turbido affectu, sed gra-  
vibus causis mota ejectionem petiit, v. 10.

6. Semen non semper collectivè, sed  
singulariter quandoq; sumitur, v. 13.

7. Eje-

7. Ejecto filio & ancilla non nisi panem & utrem aquæ dedit Abraham, v. 14.
8. Divortium suum quoad torum Pontificii ex v. 14. probare nequeunt.
9. Apparentem Agaræ ejusque oculos aperientem verum Deum fuisse censemus.
10. Ismaëlem absolutè gratiâ Dei exclusum fuisse negamus, v. 20.
11. Parentum consensus ad legitimum matrimonium necessariò requiritur, v. 20.
12. Matris consensus itidem necessarius, v. eod.
13. Licitum est implorare auxilium Magistratus, quando injuriâ affecti sumus. vers. 25.
14. Fœdus ferire licitum tum in genere tum in specie Abrahamo cum Chaneis, fidei cum infidelibus, quò tamen exemplum hoc referri non debet.
15. Jurare gravibus de causis licitum, v. 31. & c. 24.
16. Nemus ab Abrahamo religionis causa plantatum fuisse probari nequit.

## EX CAP. XXII.

1. Saræ ab Abrahamo mandatum Dei patefactum non fuit.

D 2

2. Ten-

2. Tentationes si ad bonum, sunt à Deo; si ad malum, DEO effectivè tribui non debent.

3. Quod Isaac hîc unicus & Heb. 11. 17. unigenitus appellatur, Filii Dei æternam Deitatem non labefactat.

4. Ex mandato de occidendo filio, nequit colligi Deum velle peccata.

5. Montem מִרְיָהוּ à מֵרְיָהוּ vidit derivamus, v. 2.

6. à τὸ ἐπιτελεῖν in artic. fidei & mandatis Dei propter absurda rationis non est discedendum.

7. Abrahamum mentitum fuisse, v. 5. non concedimus.

8. Angelus inclamans Abraham fuit ipse Jehova.

9. In Deo non sunt contrariæ voluntates, nec ex v. 21. & 22. colligi possunt.

10. Cognitio non de Dei experimento, sed manifestatione hominibus facta accipienda, v. 12.

11. Arietem verissimile est de novo creatum, v. 13.

12. Nomen יְהוָה creaturæ absolute non tribuitur, v. 14.

13. Obe-

13. Obedientia Abrahamæ causa meritoria promissionum non fuit.

14. Abraham in femine benedicto benedicendus, eadem ergò justificatio in V. & N. T.

15. Resurrectionem à mortuis Abraham firmiter credidit.

16. Abbatis Nutii apud Cassian. libr. 4. c. 27. & 28. aliæque hominum immolationes Abraham exemplo non confirmantur.

### EX CAP. XXIII.

1. Civitatis Arbæ notatio non longè quærenda, cum sit expressa. Jos. 14. 15.

2. Verba hæc, quæ est Hebron, à Mose non scripta, sed autoritate Synagogæ inserta esse negamus, v. 2.

3. Luctus demortuorum non simpliciter, sed ejus excessus vetitus, v. 2.

4. Abraham agrum venalem faciendo non peccat, v. 9.

5. Pontificii Simoniam ab Ephrone commissam esse ridiculè probant ex omissione literæ *h* in ejus nomine. v. 16.

6. Contractus emtionis & venditionis liciti, v. 17.

D 3

7. Ri-

7. Rituum Pontificiis usitatorum circa mortuos nulla hîc reperiuntur vestigia.

8. Stephanus Act. 7. v. 16. cum Mose non pugnat.

### EX CAP. XXIV.

1. Ceremonias in juramentis adhibere licet, v. 2.

2. In solius Dei nomine jurandum, v. 3.

3. Absentes quoq; contrahere matrimonium possunt.

4. Conjugia cum infidelibus contrahere periculosum, v. 3.

5. Totam transfluvialem regionem Abraham appellat terram suam, v. 4.

6. Juramentum ex sensu imponentis explicandum, v. 5.

7. In precatione servi non est Dei tentatio vel superstitiosa ominandi vanitas.

8.  $\text{עַלְמָּוֹת}$  significat virginem incorruptam, v. 43. & 16.

9. Conjugia fiunt fato non tamen absoluto, v. 50.

10. Patrem Rebecca mortuum fuisse ex v. 50. probari nequit.

11. Isaac sacra tractandi causâ egressus, v. 56.

T H E.







THEMATA DISPUTA-  
TIONIS X.

Ex capp. 25. 26. 27. & 28. Genes.

Resp. M. WILH. EGGELINGIO.

CAPUT XXV.

I.

**D**igamiam, Tetragamiam successivam,  
esse permissam, Abrahami *δευτερογα-  
μια* probamus v. 1.

2. Abraham secundas hasce nuptias  
non celebravit superstitite adhuc Sarâ, ut  
nonnulli existimant, sed post ejus obitum,  
vers. 1.

3. Conjugium senis & vetulæ: juvenis  
& vetulæ: senis & puellæ non magnoperè  
probatur, quamvis illud & istud minus:  
hoc magis. Satius enim est senem ducere  
juvenculam, quàm juvenem anum decre-  
pitam, vi.

4. Cheturam, quam Abraham post  
mortem Saræ suæ in uxorem duxit, aliam

D 4

fuisse

fuisse, quam Hagarem ancillam colligimus ex v. 6.

5. Concubinæ in V. T. fuere honestæ mulieres, & uxores secundariæ, v. 6.

6. Prudentiæ & pietatis est testamento voluntatem suam complecti, & de bonis relictis disponere, quæ dispositio tamen ita æquitati debet esse consentanea, ne id quod ad pacem inter heredes conciliandam facere debebat, materiam novis contentionibus præbeat, v. 6.

7. Abraham non respectu sepulturæ, sed potius animæ ad populos suos congregatus dicitur, v. 9.

8. Neq; tamen ex hac phrasi Pontificii colligere possunt, Abrahamum, Isaacum, Jacobum & reliquos Patriarchas in limbum Patrum devenisse.

9. Nos potius inde animarum immortalitatem evincimus & Anabaptistarum ψυχοπαυσίαν destruimus.

10. Corpora piè defunctorum honorificâ sepulturâ sunt afficienda, v. 10.

11. Vocem **וַיִּקְרָא** cum B. Luthero intelligimus de morte Ismaelis, v. 18.

12. Justum ætatis tempus in matrimoniis

niis

niis contrahendis observari debere docet exemplum Isaaci, v. 20.

13. Quomodo Rebecca Jehovam consuluerit, ex textu evidenter colligi nequit, vers. 20.

14. Oraculi responsio facta Rebeckæ v. 23. quæ etiam habetur Rom. 9. v. 12. per se & simpliciter intelligenda nequaquam est de æterna Jacobi ad salutem prædestinatione, & Esavi ad æternam damnationem rejectione, ut Paræus & alii Calviniani acriter contendunt.

15. Esavum fuisse damnatum Scriptura non meminit, quin potius pœnitentæ signa non obscura tradit.

16. Ismaëlem quoq; in gratia Dei obiisse cœtuiq; Sanctorum conjunctum esse concludimus ex v. 17.

17. Nativitas Esavi & Jacobi fratrum gemellorum corporis habitu & studiis longè dissimiliorum, imò contrariorū, superstitiosa & vanissima quorundam Astrologorum themata genethliaca arguit & evertit, v. 24. & seqq.

18. Non satis expressisse videtur vulgata versio formulam Hebraicam אִישׁ שְׂדֵרָה  
vers. 27.

D 5

19. Jus

19. Jus primogenituræ in V. Test. fuit magnum & multiplex, v. 31.

20. Litera  $\text{ד}$  quæ præponitur voci  $\text{כי}$  vel certitudinē temporis vel certitudinem rei hīc denotare potest, ita ut sit  $\text{ד}$  verificativum, ut Grammatici Hebræi vocant, v. 31.

21. Esau vendendo primogenituram multipliciter peccavit, v. 33.

### EX CAP. XXVI.

1. Isaaci  $\text{ἀποδημία}$  Pontificiorum  $\text{ἐπιλοθεῖσκειαν}$ , quā profectioes & peregrinationes ad loca Sanctorum instituunt, minimè confirmat, v. 1, 2.

2. Legem Moſis Abramum habuisse scriptam ex v. 5. colligi nequit.

3. Bona opera licet non sint meritoria, gratuitam tamen à Deo compensationem habent, v. 5.

4. Abimelech cujus hīc fit mentio, non esse eandem personam quæ supra c. 20. 21. nominatur, multi statuunt, v. 1. & 8.

5. Simulatio & dissimulatio Isaaci propriè ita dictum mendacium non fuit errore tamen non caruit, v. 6.

6. Perperam LXX. pro  $\text{שְׁעָרַי}$  legerunt  $\text{שְׁעָרַי}$  v. 12.

7. Sicut

7. Sicut altaria in templis habere necesse non est: ita quoq; eadem evertere in gratiam Calvinianæ factionis nullâ lege jubemur, v. 25.

8. LXX. & vulgata editio minùs habent, quàm Hebraica veritas, v. 28.

9. Fœdera legitima, defensionis, commerciorum, communis tranquillitatis & utilitatis causâ contrahere licet, v. 28.

10. Christianum salvâ conscientiâ non levitatis sed veritatis confirmandæ & investigandæ causa posse jurare, patet ex vers. 31.

11. Juramenta tamen sobriè & religiosè sunt tractanda, non inter pocula, ne tremendo DEI nomine abutamur, ex v. 31.

12. Mendosa & veritati Hebrææ planè contraria est explicatio LXX. in v. 32.

13. Conjugium inter fidelem & infidelem in tantum non in totum est probandum v. 35. & c. 28. v. 1.

## EX CAP. XXVH.

I. Quod Isaac Esayum & non Jacobum benedictionis heredem instituere præsumit,

mit,

mit, in eo aliquid humani sapit, vers. 1. & seqq.

2. Nemo hominum diem mortis suæ exactè prænovisse potest, v. 3.

3. Consilium & institutum Rebecæ piæ matronæ nequaquam cum dolo & mendacio fuit conjunctum, neque contra pietatem & dilectionem proximi, vers. 8. & seqq.

4. Jacobus quoq; à fraude omninò excusari debet. Ibid.

5. Non omnes simulationes & veritatis occultationes peccatis & mendaciis annumerari possunt & debent.

6. Ecclesiæ quædam Augustanæ Confessioni *syns'ios* addictæ retinent pristinum ornatum templorum & imaginum, non ex necessitate aut ad cultum, sed ex libertate, quæ eo nomine non sunt superstitionis aut impietatis à Calvinianis accusandæ, v. 11.

7. Ascititio & simulatio, honesto tamen vestium habitu interdum uti est licitum. vers. 16.

8. Venationes hodiè Principes sibi rectè & jure vendicant & adscribunt.

9. Illis verò utendum non tanquam

or-

ordinariâ occupatione, sed post vocatio-  
nis labores ritè impletos, tanquam hone-  
sto ludo & recreatione.

## EX CAP. XXIIII.

1. Consensus Parentum ad conjugium  
non tantùm requiritur de honestate, sed  
etiam de necessitate, v. 1. & seqq.

2. Polygamia Esavi eâ exeufatione,  
quâ Patriarcharum non potest excusari,  
sed modis omnibus est vituperanda.

3. Quod Jacob dicit se ignorasse Deum  
in Bethel præsentem, de speciali præsentia  
intelligendum est, v. 16.

4. Non omnia somnia sunt vana & ir-  
rita, sed aliqua etiam vera & maximâ ob-  
servatione digna, v. 12.

5. Somnium Jacobi refellit somnium  
Aristotelis, quo somniat nulla reperiri di-  
vina somnia.

6. Illa tamen, quæ doctrinam concer-  
nunt, hodiè non amplius offeruntur.

7. Imagines & statuæ salvâ conscien-  
tiâ in nostris Ecclesiis tolerari possunt  
vers. 18.

8. Unctio lapidis facta à Jacobo nequa-  
quam

quam Pontificiorum fictitium Sacramen-  
tum extremæ unctionis; superstitionam,  
item unctionem & consecrationem tem-  
plorum, statuarum, altarium, imaginum,  
cereorum, aquæ, salis, aliarumque rerum,  
approbat, v. 18.

9. Neq; ejus votum Romanensium vo-  
ta superstitiona & impia cumque merito  
**CHRISTI** pugnancia vel tantillum con-  
firmari, v. 18.

10. Ridiculè quidam vocem Hebræam  
**בְּיָמֵינוּ** nomen esse urbis putant, v. 19.

11. Illa locutio, lapis erit domus Dei,  
nequaquam est metonymica, ut Calvi-  
nus & alii oppugnantur,  
vers. 22.



**THE**



THEMATA DISPUTATIONIS XI.

Ex capp. 29. 30. 31. & 32. Gen.  
R. M. MICHAELE WALTHERO.

CAPUT XXIX.

I.

**F**abula Judæorum est, Jacobum multis stipatum bonis abiisse in Mesopotamiam, spoliatum verò esse in itinere ab Eliphato Esavi filio.

2. Responsum Pastorum de lapidis devolutione rectius ad vires referimus quàm ad jus, v. 8.

3. Singularis *δεμδ* erat, quod Jacobus solus lapidem removerit, v. 10.

4. *ὕστερολογία* est, quando de Jacobo dicitur, quòd osculatus sit Rebeccam, antequam ipsi aperuerat, se fratrem esse Patris sui, v. 11, 12.

5. Osculum non ex libidine oritur, sed  
ex

ex naturali affectu, quo cognati se invicem honorare consueverant, VII.

6. Labanum ab initio non fictè sed humaniter excepisse cognatum suum arbitramur, v. 13, 14.

7. Leam infirmos & debiles habuisse oculos, melius statuitur cum Luthero, quàm venustos & elegantes cum Chaldæo vers. 17.

8. Sordida est barbaries avaritiæ plena, quod Laban filias pro rusticis operis divendit, v. 19. & 27.

9. Secundum iudicium Jacobo videbantur pauci dies, secundum affectum plurimi, ideò fortassis in plurali dicitur **יָמַי אַחֲרַי** v. 20.

10. Jacob Rachelem propter desponationem vocat uxorem, v. 21.

11. Per dies completos non intelligimus Jacobi ætatem proveciorem, ad in-eundum conjugium commodam, sed exactum servitutis septennium, v. eod.

12. Laban fraude suâ graviter peccat in se, in Rachaëlem, in Leam, in Jacobum.

13. Lea excusari poterit in tantum, non in totum.

14. Jaco

14. Jacobum ipsum error invincibilis non minùs excusat, quàm sanctas virgines, quæ per vim stupratæ sunt.

15. Consensus non concubitus facit matrimonium.

16. Jacob prius potitus est nuptiis Rachelis, & postea servivit septem annis aliis, vers. 27.

17. Vox **וְיָנִיחַ** non est intelligenda de odio hostili, sed de neglectu, & posthabitione, ut ita loquar, v. 31.

### EX CAP. XXX.

1. Postulatio Rachelis importuna est, quia fit absq; conditione, v. 1.

2. Jacob duabus sororibus usus est temperanter, ancillis obtemperanter, nullâ intemperanter, ut Lyra ex Augustino loquitur.

3. Verba Rachelis rectius de eventu, gratulatione & benedictione, quàm de insultatione adversus sororem accipiuntur, v. 8.

4. **וְיָנִיחַ** commodè redditur per fortunam seu prosperitatem, commodius tamen accinctam **וְיָנִיחַ**, v. 11.

E

s. De

5. De voce **אֵינִי** malumus confiteri causam ignorantiam, quàm profiteri falsam scientiam: hoc certum est, fructum aut herbam fuisse amabilissimam, v. 14.

6. Josephi nativitatem referimus ad 91. ætatis Jacobæ annum, ad 14. exilii & septimum post celebratas cum duabus sororibus nuptias.

7. Neq; tamen repugnat, si dixerimus, Josephum natum postremum fuisse inter fratres suos, illos scil. qui nascebantur in diebus servitutis, v. 23.

8. Verbum **אֲשֶׁר** non opus est, ut explicemus de artibus magicis, v. 27.

9. Singulari & religioso verbo Euclio Laban prohibet Jacobo, ne nimium mercedis postularet, v. 28.

10. In vulg. & LXX. versionibus à v. 32. usque ad finem mira est discrepantia à fonte sancto.

11. Stratagema quod adhibet Jacobus, procul dubio Deum habet autorem, quod liquet ex v. 9. 10. & 11. cap. seq.

## EX CAP. XXXI.

1. Nescimus quâ occasione ducti LXX.

ver-

verbum **אֱלֹהִים** interpretentur per *agnos*  
vers. 7.

2. Impia est sententia fingere Angelum  
propter legationis officium tribuere sibi-  
ipsi nomen Dei, v. 13.

3. **תְּרַפִּיִם** & imagines ad hominum  
similitudinem factas, & idola notare sta-  
tuimus ex v. 19.

4. Rachel idola furatur partim ex su-  
perstitione, partim ex avaritiâ, quod fur-  
tum non videtur omni reprehensione ca-  
tere, v. 19.

5. Per anticipationem mons contra  
quem faciem suam Jacob posuit, vocatur  
à Mose **גֵּרְלֵעַר** v. 21.

6. Quid per **פְּתָר** intelligatur, dicemus  
pro data occasione ex v. 42. & 54.

7. Linguam Syram vernaculam fuisse  
Labano, patet ex v. 47. ubi lapidum acer-  
vum vocat **יָגֵר שְׂהָרֹתָיִם**

8. Forma juramenti Labanici impia  
est & idololatrâ, v. 53.

## EX CAP. XXXII.

1. **אֲנֹכִי** duo fuerunt Angelorum  
exercitus, v. 1.

E 2

2. Esavus

2. Esavus erat Jacobi dominus politicè juxta dignitatem civilem, non autem secundùm eminentiam Ecclesiasticam & spiritualem, v. 4. & 5.

3. Antipalæstrita Jacobi fuit ipsissimus DEI Filius in assumptâ ad tempus humanâ formâ, v. 24.

4. Luctam fuisse spiritualem putamus, v. eod. & seqq.

5. Cur Jacob dicatur יַשְׂרָאֵל ex textu claret, v. 28.

6. Claudicatio Jacobi non fuit pœna diffidentia, sed paterna δολικαία, v. 30.

7. Communiter sentiunt Jacobum claudicasse usq; ad vitæ finem.

*Cetera quæ explicationem desiderant, moveantur pro lubitu.*



THE



THEMATA DISPUTA-  
TIONIS XII.

Ex capp. 33. 34. 35. & 36. Gen.

Resp. M. TOBIA HERMANNO  
Memmingensi Suevo.

CAPUT XXXIII.

I:

**M**agistratum & Pastores in periculis corporis & animæ fidei suæ commissos deserere nec posse nec debere, concludimus ex v. 3. contra quosdam mercenarios.

2. Vocem *adorare* vitiosè positam esse in vulgatâ versione. v. 3. asserimus contra Pontificios.

3. Rabbiorum superstitionem, qua ex verbo *ישקרו* desuper punctato, concludunt, Esavum fictè & simulatè osculatum esse Jacobum, rejicimus, v. 4.

4. Deum preces piorum semper exaudire, si non ad voluntatem, tamen ad utilitatem asserimus, v. 4.

E 3

5.LXX.

5. LXX. vocem עֲבָרָה minus propriè veratunt per voculam παῖς.

6. Jacobum Esavo adulatum esse negamus, contra Tostatum v. 10.

7. Muneribus quandoq; benevolentiam sibi conciliare, salva tamen justitia, licitum esse judicamus, v. 11.

8. Vocem לְלוּת Lutherum rectè esse interpretatum, affirmamus contra LXX. vulgatam versionem & Aben Esram, v. 13.

9. Vox יָנֵץ licet aliàs gregem minorum pecorum significet, hìc tamen loci promiscuè etiam armenta includit, v. eod.

10. Jacobum mentitum esse Esavo, non concedimus Tostato, v. 14.

11. Unius Scripturæ loci non posse esse nisi unum sensum literalem, concludimus contra Pontificios ex vers. 14. eiq; adjecto marginali B. Lutheri.

12. Oppidi Suchoth mentio fit Jos. 24. v. 27. Jud. 5. v. 17.

13. Quamdiu Jacob Suchoti sederit, non constare affirmamus contra Rabb. in Seder Olam. c. 2. v. eod.

14. Particula *Vau* vers. 15. est particula Ordinativa.

15. Salem,



15. Salem v. 15. pro nomine proprio accipimus contra Targum Onkelos, Pagninum, Cajetanum, &c.

16. Nec tamen illud oppidum intelligimus, cujus c. 14. facta est mentio, contra Pererium.

17. Contractus honestos nihil adimere perfectioni Christianæ concludimus contra inertes asellos quosdam claustrales. vers. 19.

18. Jus proprietatis & dominii Christianis non esse adimendum asseveramus, contra Anabaptistas v. eod.

19. Vocem **קִשְׁטָוֹן** per monetam interpretamur, v. eod.

20. Pecuniæ contrectationem per se non esse illicitam asserimus contra sordidos quosdam Monachellos, v. eod.

21. Moses hoc v. 19. & c. 48. v. 22. secum non pugnat.

22. Altaria propriè ita dicta in N. Test. non habemus, v. 20.

23. Altaria ut ante deformatam religionem nullâ necessitate sunt introducta, ita post reformatam nullâ destruuntur necessitate, v. eod.

E 4

24. Ex

24. Ex vocibus אלהי לַיְהוָה secunda-  
riò Trinitatem probamus, v. 20.

## CAP. XXXIV.

1. Peregrinationes ut ornant sexum masculinum, ita dedecori sunt sexui femineo, v. 1. Für gewanderten Jungfrauen soll man sich hüten.
2. Dinam per vim stupratam à peccati reatu non absolvimus, v. 3.
3. Parentum consensum in nuptiis contrahendis requiri, Ethnici docere poterunt Pontificios, v. 4.
4. Stuprum dicitur בבלר stultitia non quod res exigui momenti, sed ob animæ famæque, quem affert, interitum, v. 7.
5. מִהָרַר LXX. minus commodè vertentur φερνῆ, v. 12.
6. Quædam exemplaria Hebraica minus rectè legunt וְיָבִיחַ pro וְיָבִיחַ v. 14.
7. Dolum filiorum Jacob damnamus, quem Rabbinii mirè extollunt, v. 13.
8. Subditi in religionis veræ mutatione non tenentur obedire Magistratui, v. 24.
9. Sa-

9. Sacramenta Ecclesiæ propria esse  
concludimus ex v. eod.

10. Infantes circumcisos esse ex con-  
textu firmiter non probatur, v. eod.

11. Lutherus  $\text{N}\ddot{\text{u}}\text{r}$  rectissimè vertit,  
Durstiglich, v. 25.

12. Deus filios Jacob ad eadem Siche-  
mitarum non instigavit, v. 26.

13. Quare Judith c. 9. v. 2. contra Scri-  
pturam Canonicam hoc factum laudat.

14. Dinam Jobo nupsisse nullâ ratione  
probari potest ex v. 26.

## EX CAP. XXXV.

1. Fuga juxta Dei sententiam inita Deo  
minimè displicet, v. 1.

2. Cultus Electivos Papisticos rejici-  
mus ex v. 1.

3. Hilarium & Augustin. qui ex vers. 1.  
personarum pluralitatem in essentiæ divi-  
næ unitate probant, minimè rejicimus,  
quod facit Pareus in Commentariis.

4. Ecclesiam militantem in his terris  
nunquam ad Angelicam perfectionem e-  
vehere poterimus, v. 2.

5. Familiares Jacobi ipsa idola coluisse  
nunquam probabunt Potificii, v. 2.

E 5

6. Ec-

6. Ecclesiam visibilem errare posse claret ex v.eod.

7. Imagines omnes ex templis eliminandas Pareo non concedimus, v.eod.

8. Hebræum **קִרְיָת** quercum significare putamus, v.eod.

9. Nomen Dei nuncupativè tantùm Christo tribui, sicut creaturis, negamus, contra Rabbinos eorumq; discipulos Phoinianos, v. 7.

10. Calvinum, apparitionem de Angelis interpretantem judaizare, nec ipse Pareus negare potest, v. 7.

11. Cum Jacobi posteri **גְּוִי קְהָל גּוֹיִם** nominentur, dementatos Judæos esse sequitur, quod hoc nomine Christianos per contumeliam notant, v. 11.

12. Deus dicitur ascendere non locum mutando, sed revelationem finiendo, vers.

13.

13. Vocem **כְּבֹרָה** LXX. vitiosè per nomen proprium, vulgata Latina malè per vernum tempus exponit, v. 16.

14. Versio LXX. & vulgata v. 22. non potest probari.

CAP.

## CAP. XXXVI.

1. Uxores Esavi, quæ hîc & cap. 26. v. 34. cap 28. v. 9. recensentur, sunt eadem.

2. **אִנּוֹת** collectivè est accipiendum. vers. 9.

3. Perulans igitur stultitia Judæorum est, quòd Christianos & Romanos Iudæos vocitant, v. eod.

4. **נַפְתִּי** Luther. rectè vertit [Neptis] vers. 14.

5. Quid vocab. **הַיַּמִּים** significetur, in disquisitione videbimus, v. 24.

6. Num Jobab sit patiens ille, quem Scripturæ commendant, Jobus, meritò dubitamus, vers. 33.

THE



**THEMATA DISPUTATIONIS XIII.**

**Ex capp. 37. 38. 39. & 40. Gen.**

**Resp. M. CHRISTOPHORO  
Schanero Ohrdruf.**

**CAPUT XXXVII.**

**I.**

**R**ectè Augustin. diu vivere est diu torqueri, v. 1. & 2.

2. Sive genealogia sive eventa in v. 2. intelligantur, textui nihil decedit.

3. Joseph dicitur puer. v. 2. tam ratione ætatis, quàm ministerii.

4. Dicuntur concubinæ uxores, sed secundariæ.

5. Joseph ex eo, quòd famam fratrum ad patrem detulerit, vers. 2. proditoris nomen non meretur.

6. Josephus quamvis ante Benjaminum natus, rectè tamen & ratione temporis filius senectutis dicitur, v. 3.

7. Usus

7. **U**sus vestium non modò ad necessitatem, sed & ad decentem ornatum, divinæ voluntati non adversatur.

8. **C**ultus & vestitus inæqualitas inter liberos non probatur.

9. **T**ota hominis natura corrupta, & arbitrium in rebus spiritualibus planè servum est & emortuum.

10. **S**omnia divina dari contra Aristotelem asserimus: Enthusiastarum verò talia esse planè negamus.

11. **N**on omnium somniorum cura prohibita.

12. **J**osephus somnia referens, tantùm abest, ut sit vituperandus, ut vel magis ejus exinde candor laudandus.

13. **S**omnia non eo fine Josepho à Deo immissa, ut eorum occasione fratres inflammati ipsius decretum de venditione promoverent & exequerentur, ut statuit Pareus.

14. **J**acobus filii somnium non ἀδύνατον aut ἄτοπον existimat v. 10. sed humani quippiam patitur.

15. **ὁδὴ γὰρ** iste vers. 15. quisquis fuerit non à se & fortitò occurrisse, sed à DEO oblatum statuatur: ut in viam Josephus dirigere-

rigere-

rigeretur, non autem ut in Ægyptum mit-  
teretur, quod iterum hîc vult Pareus.

16. Rubenis fictio v. 22. licet compara-  
tè loquendo non prorsus vituperanda, per  
se tamen impia & scelerosa.

17. Nec Judæ v. 27. persuasio melior.

18. Incongruè Bellarminus tom. 1. lib.  
4. de anima cap. 10. ex vers. 35. hujus cap.  
limbum Patrum probare seu stabilire co-  
natur.

19. Verba v. 36. & planxit cum pater  
ejus, optimè de Isaaco Jacobi Patre accipi  
& intelligi possunt.

20. Josephum ter vel quater venditum  
esse probari nequit.

21. Malè LXX. v. 36. legunt *coré douré*  
nec melius Hieronymus, Eunuchus, nisi  
conditionem magis & officium velimus  
respicere, quàm personæ qualitatem. Re-  
ctè autem Onkelos Principem, Præfectum  
seu Magistratum interpretatur.

22. Melius etiam in eodem vers. Hie-  
ronymus cum Onkelo legit, militiæ Prin-  
cipi seu militum Magistro, quam

LXX. *αρχηγός*

CAP.



## CAP. XXXVIII.

*Thesis I. Generalis.*

ὑπερολογία in priore hujus cap. parte  
admittitur.

2. SUA non Judæ uxoris, sed soceri no-  
men, v. 2.

3. Perperam Judas absque Parentum  
consensu matrimonium contrahit, v. 2.

4. Chesib v. 5. locum denotat.

5. Personarum matrimonium contra-  
hentium debet esse consensus liberrimus.  
vers. 8.

6. Lex de ducenda fratria, liberis ca-  
rente in Judaica politia usitata ad nostras  
Respublicas non spectat, v. 8.

7. Mors immatura secundum se confi-  
derata, pœnæ & maledictionis est species.  
vers. 10.

8. A propria vindicta abstinendum.  
vers. 14.

9. Cœlibatus etiam si multa habet com-  
moda; multa tamen & habet pericula, v. 15.

10. Pontificius cœlibatus vota contra  
naturam injuncta & injusta habet, & va-

riis

riis incommodis obnoxia, & propterea rescindenda, v. 11, 14.

11. Nec Thamar, nec Judas possunt excusari ob incestum.

12. Nugæ sunt, quod quidam perhibent veteres nudo capite incessisse, v. 15.

13. Odollamites ille v. 20. non fuit verus amicus Judæ.

14. Rectè lege capitali, quæ moralis & Magistratui etiam in N. T. competit, damnat Judas adulteram: minùs rectè autem inauditam, v. 24.

15. Quæritur: Judæ an Thamaræ peccatum fuerit gravius, v. 26.

16. Antegressi incestus pœna est partus monstrosus, v. 28, 29:

### COROLLARIA.

I. *Renati committunt peccata contra conscientiam.*

II. *Ecclesia omni labe carens optanda, sed in his terris non speranda.*

### EX CAP. XXXIX.

1. Joseph supra c. 37. 2. puer, hic vic absq; omni contradictione vocatur, v. 2.

2. Man-

2. Mancipiis pretio emtis, nisi prægnante causa interveniente fugere non licet, v. 2.

3. Potiphar ἀμυδρᾶ illa & συνηχυμένη notitia, quam Paulus Rom. i. v. 19. Ethnicis attribuit, verum Deum deprehendit, sed non ut Deum coluit, vers. 13. E. inexcusabilis.

4. Pii sunt hami attrahentes benedictionem Dei sibi & impiis, v. 5.

5. Licet autem pii suis intercessionibus dona tum corporalia, tum spiritualia aliis impetrare possint, peccatorum tamen remissionem, justitiam & vitam æternam, suis meritis obtinere nequeunt.

6. De uxore Potiphari quaeritur: amaritne Josephum, an potius se? Augustinus respondet eleganter, quòd nec illum nec se &c.

7. Castitas Josephi cum continentia Ethnicorum Alexandri, Scipionis, Hippolyti, Pausaniæ, quam multis parasangis antecedit, conferri nequit.

8. Josephus in statu corruptionis superat protoplastos in statu integritatis.

F

EX

## EX CAP. XL.

1. Custos carceris vers. 4. non est idem  
eum Principe militum seu domino Jose-  
phi, de quo v. 7.

2. Somnia principis pincernarum &  
principis pistorum, licet incredulorum,  
fuerunt θεόπεπλα.

3. Josephus ex eo, quòd somniorum in-  
terpretationes solius Dei esse pronunciat,  
& tamen eorundem explicandorum pro-  
vinciam ipse subit, nihil minùs quàm di-  
vini quippiam sibi arrogat, v. 1. & 12.

4. Hæ propositiones: Tres propagine  
sunt tres dies, tria canistra sunt tres dies.  
1. non possunt per τὸ significat explicari,  
neq; etiã debent. 2. non sunt Metony-  
micæ, sed Metaphoricę 3. nec ad rem Sa-  
cramentalem spectant, quod vult hoc lo-  
co Pareus & alii confertes.

5. Quòd Joseph v. 14. sui petit recorda-  
tionem, neq; spe in Deum directã cadit,  
neq; suam Prophetiam vendit, ut nonnul-  
li hîc nugantur Rabbiorum.

6. Diem suum natalem legitimo mo-  
do celebrare pium est & æquum.

7. Non

7. Non quia Josephus prædixit, utriusque conditio in actum producta, sed quia utraque in actum producenda, ipse prædixit, v. 22.

8. Honores mutant mores, v. 33.

9. Nullum, ut cum Bernhardo concludamus, est ingratitude perniciosius vitium, eò quod exiccet bonitatis fontes.



F 2

THE-



THEMATA DISPUTATIONIS XIV.

EX C. 41. 42. 43. 44. & 45. Gen.

RESP. M. SALOMONE LENTZIO.

CAPUT XLI.

I.

**B**iennium, cujus hîc fit mentio, à liberatione pincernæ est numerandum v. 1.

2. Somnium Pharaoni immissum fuit

δέο πνεύματι, v. 1.

3. Oracula, quæ Deus dedit populo suo, ab aliis quæ quandoq; etiam gentibus edita extra Ecclesiam, distinguuntur causa impulsivâ, organicâ & finali, v. 1.

4. Novum & contrarium est, quòd vaccæ vaccas absumunt, sed indicatur hac ratione vis & rabies famis, 2. Reg. 6. 25. & seqq. v. 4.

5. Quod Pharaeo animo turbatur, indicium est, somnium ipsius fuisse δέο πνεύματι. Confer Dan. 2. v. 1. & 8.

6. Voce

6. Voce בְּלֵעָרִי (absq; me) accentu distinctivo notatâ , Josephus Regem à veneratione creaturarum & Magor. superstitione ad solum Deum revocat, v.16.

7. A propositione ( septem vaccæ sunt septem anni ) ad Sacramentales propositiones argumentari est à baculo ad angulum, v.26.

8. In Præfecto Josephus [ ut & Paulus 1. Cor. 4. v.2. ] prudentiam & fidelitatem requirit, v.33.

9. Voculâ כֶּרֶךְ quodvis frumentum non solum far denotatur, v.35.

10. Quod Pharaos spiritus אֱלֹהִים facit mentionem , ipsum fuisse tùm conversum, non probat, v.38.

11. Neq; Trinitatis mysterium ille habuit cognitum. Ibid.

12. Vocem אֲבִרָהֶם optimè Lutherus in versione reddit, v.43.

13. Nominis mutatio est subjectionis demonstratio, v.45.

14. Alius est Potiphera socer Josephi, v.45. quàm ille, de quo supra c.39. v.1.

15. Oblivio paternæ domus in Josepho, injustè à Calvino reprehenditur, v.51.

## EX CAP. XLII.

1. Simulatio Josephi erga fratres durum se præbentis nullo modo culpanda, v. 7. 9.

2. Asseveratio Josephi non est religiosum juramentum, sed civilis obtestatio, v. 15. 16.

3. Tribulatio peccati operatur agnitionem & confessionem, v. 21. 22.

4. Terrorem fratrum Josephi fuisse prægrandem, verborum indicat in Hebr. emphasis, v. 28.

5. In v. 35. est ὁσερολογία. Id enim ad vers. 28. pertinet, ut c. seq. v. 20. 21. indicat.

6. Per descensum מִן הַיְנֻשׁ mors & corruptio intelligitur, non limbus Patrum v. ult.

## EX CAP. XLIII.

1. Per terram intelligitur generatim, tota vicinia per Syriam & Ægyptum, imprimis autem regio Cananæa, v. 1.

2. Consumptio omnis frumenti non de actu consummati, sed propinquo accipienda est, v. 2.

3. מִן הַיְנֻשׁ pusillum cibi nominando ἀντάκλειαν suam & πίσην Jacobus edit, v. 2.

4. Pre-



4. Preciosissimos terræ fructus vocat  
 cantilenam, quasi omnium ore  
 decantatos & celebratos, v. 10.

5. Aromata illa & preciosa fructus, qui  
 in specie fuerint, exactè sciri non potest,  
 ibid.

6. Fraternalis amoris vehementia per-  
 pulcrè exprimitur, v. 29.

7. Abominati sunt Judæos Ægyptii  
 eum ob circumcisionem, tum ob vitam  
 pastoritiam, Gen. 46. 34 v. 31.

### EX CAP. XLIV.

1. Auguria gentilium Josephus simu-  
 lat, non approbat, v. 5.

2. Judæorum fabulas v. 13. non mora-  
 mur.

3. Judas personam omnium in se susci-  
 pit 1. quia fidem Parenti dederat. 2. quia  
 generositate animi cæteris præstabat. 3. ty-  
 picè exhibet figuram Christi intercessoris  
 ex Juda oriundi, v. 14. 16.

4. Accessus Judæ ad Josephum non  
 audaciæ, ut Philoni placet, sed fraterno  
 affectui & charitati est ascribendus, v. 18.

### EX CAP. XLV.

Quod Josephus astantes jubet sece-  
 dere

dere, eò ipso & auctoritati suæ & fratrum  
 consulere voluit. Illa ne plorando, hæc  
 ne facinorosis apertione prostitueretur,  
 vers. 1.

2. Lacrymas ipsi elicit 1. miseriæ præ-  
 teritæ recordatio. 2. paterni doloris consi-  
 deratio. 3. jucundissimus Benjaminini & re-  
 liquorum fratrum aspectus, v. 2.

3. De satione solitâ & cum largâ messe  
 conjunctâ, non absolutè de omni Joseph  
 loquitur, v. 5. ut patet ex c. 47. 19.

4. Deus malas actiones non promo-  
 vet, sed ad bonum finem dirigit, v. 5. 7.

5. Distinguendum igitur in hac Josephi  
 venditione opus Dei ab opere hominum.

6. Verbum **אֲנִי** melius Lutherus de  
 jurgio & rixis, quàm Ramban de dolore seu  
 metu exponit, v. 24.

7. Non earet Emphasi, quod Moses  
 hic Jacobum vocat Israëlem (v. ult.) nunc  
 enim tandem post luctum & luctam tot  
 annorum evadit victor. Genes. 32.

vers. 28.

THE



THESES DISPUTA-  
TIONIS XV. & ult.

Ex c. 46. 47. 48. 49. & 50. Gen.

Resp. M. SALOMONE GLASSIO,  
Collegii Philos. Adjuncto.

CAPUT XLVI.

I.

**P**RO peregrinationibus Papisticis ad lo-  
ca Sanctorum in vers. i. nihil latet præ-  
sidii.

2. Timuit vehementer Jacob: neque  
sine multipici causa, v. 3.

3. Opes à Canaan non Mesopotamia  
[ ubi magna pars erat acquisita ] denomi-  
nantur, ut à loco propinquiori, v. 6.

4. Filiarum & neptium Jacobi cur fiat  
mentio in pl. cum una tantum filia v. 15. &  
una neptis v. 17. fuerit; rogati aperiemus,  
v. 7.

F 5

5. Mater

5. Mater Cananaitis nominatur, ob peccati Simeonis fœditatem, v. 10.

6. Cur Benjaminis filii decem h. loc. Num. 26, 38. autem s. 1. Chron. 7, 6. tantum tres recenseantur; commoda dari potest ratio, v. 21.

7. Anima non à Deo immediatè: sed à Parentibus per traducem, v. 26.

8. Quomodo Stephano & Lucæ Act. 7. v. 14. cum Mose conveniat in numero animarum ex Ægypto egredientium, videbimus, v. 27.

9. Pastores cur Ægyptii averfati fuerint, causa non est obscura, v. ult.

## CAPUT XLVII.

1. Christianus Crucianus est & viator perpetuus, v. 9.

2. Phrasi illâ לְפִי הֶסֶף liberalitas Josephi inguitur, v. 12.

3. Fame nullum malum est vehementius, v. 13.

4. In erogatione & venditione frugum nihil injusti in Josepho cernitur: quin potius ejus inde perspicitur & prudentia & misericordia, v. 14. & seqq.

s. An.

5. Annus ille **הַשְּׁנִי** vel secundus est septimus & postremus durantis famis. vers. 18.

6. Et homo & terra suo modo dicuntur mori, vers. 9. quanquam alii aliter hinc sentiant.

7. **הָעֵבֶיר** vel transfert Joseph populos; ut colonos non dominos se esse norint, v. 21.

8. Quod neque subditorum libertati parcit Joseph, nullam meretur reprehensionem, v. 21. 23.

9. Sacerdotes non sacrorum solum mystæ: non Monachi, ut Hieronymus & Pererius: non regionum Præsides, ut Pils. vult: sed & sacrorum administri; & sapientiæ Magistri; & Regis Consilarii fuerunt, v. 22.

10. Immunitas Sacerdotibus non immeritò tribuitur. Ibid.

11. Neq; peccavit Joseph, idololatricos **כַּהֲנֵי** ita fovendo. Ibid.

12. Pro contractu illo in quo pro centum flor. elocatis quinque accipiuntur, etsi firmum argumentum ab exemplo Josephi desumi non potest, tamen illum per-

so

se non illicitum, sed tolerandum esse putamus, v. 23. 24.

13. Invocatio imaginum ex adoratione sceptri Josephi probari nequit, v. ult.

14. LXX. lectio מִטָּוּ pro מִטָּוּ punctorum antiquitati nihil obest, v. eod.

### CAP. XLVIII.

1. Quod filios Josephus ad patrem adducit, ex fide proficiscitur, Ebr. 11. 21. 22. & ratione non caret.

2. Apparitio, quam Jacobus hic repetit, describitur c. 35. v. 9. 10. 11. 12. Non c. 28. v. 13. ut vult Pareus, v. 3.

3. In v. 5. Josepho jus & usus primogenituræ conceditur.

4. Manuum impositio cum ritus sit antiquissimus, in nostris Ecclesiis merito ex Christiana libertate retinetur, v. 14.

5. Trinitatis mysterium non obscure innuitur in v. 15. & 15.

6. Angelus ille בְּרֵאשִׁית Filius Dei est noster Jesus, v. 16.

7. Invocationis Sanctorum fulcrum, ex v. 16. à quibusdam Papicolis extractam, linguæ ignorantia peperit.

8. In Ephraim & Manasse typus prædestinationis nostræ proponitur: sed non absolutæ & Calvinianæ illius, ut vult Paræus h. l. v. 19.

9. Dubia, quæ in v. ult. moveri possunt, usq; ad συζήτησιν dilata volumus.

## EX CAP. XLIX.

1. Etiam increpatio quædam est benedictio, ex collatione vers. 3. 28. cum Luc. 2. 34.

2. רַחֵם אֶת אֲנֹכִי non per principium doloris, sed secundum Deut. 21. v. 17. phrasin est explicandum, v. 3.

3. פָּחַז כַּפַּיִם vel ad culpam vel ad pœnam sine incommodo refertur, v. 4.

4. Ex collatione v. 5. cum Judith. 9. v. 2. immotè concluditur, librum istum esse Apocryphum.

5. Simeonis & Levitarum dispersio ab optimo Deo in bonum ipsis vertitur, idq; præter, imò contra meritum, v. 7.

6. Beneficia in Judam cumulat Ismaël, inter quæ præcipua Messiaë promissio, & regni constitutio, v. 8. 9. &c.

7. Messiam promissum ante annos 1618. venif-

venisse: & Jesum nostrum illum esse ἀδα-  
μαρτίνωσ; concludimus ex v. 10.

8. Verba illa (Ligans &c.) literaliter  
de Juda & ejus regione fertilissima: allego-  
ricè de Christo ejusq; regno intelligimus.  
vers. 11.

9. Isaschari illud v. 15. vel in laudem  
vel vituperium explicari potest.

10. De Josepho, quod dicitur v. 23. po-  
test esse vel encomium præteritorum, vel  
vaticinium futurorum.

11. Brevitatis ergò pro thesi ponimus  
ipsum caput: ne plura huc cumulare ne-  
cesse sit.

## CAPUT L. & ult.

1. Absq; superstitione ulla Joseph pa-  
trem pollinciri curat, &c. v. 2.

2. Quod Josephus veniam itineris à  
Pharaone & aulicis tam sollicitè expetit,  
non facit absq; causa, v. 4.

3. Joh. Calv malè d. simulatæ confes-  
sionis Josephū incusat, quod veram trans-  
lationis Jacobææ causam non aperit, v. 5.

4. □ vel pro fodere, ut propriè  
sonat, vel pro comparare potest accipi,  
vers. 5.

§. In



5. In v. 16. falsa dicunt fratres Josephi,  
non ex dolo, sed metu.

6. Verbor. *Nonne ego sub Deo sum, &c.*  
sensus planus est, ut videbimus. v. 19.

7. Operam perdit, cum venerationis  
reliquiarum argumentum in v. 25. quærit  
Bell. 1. 2. c. 3. de reliq. Sanct.

### COROLLARIUM.

*Lutherum, in quibus à fonte Heb. præced. 5.  
capp. discedere videtur, commodè explicari,  
& ad fontes reduci posse arbitramur. Loca  
autem ubi discedere videtur, in primis sunt*

Cap. 47. v. 2. 12. 31. c. 48. 11. c. 49. v. 4.

bis & 9. 10. 14. 19. 20. 22.

bis 25. 26. 27. c. 50.

v. 29.

F I N I S.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second section of faint, illegible text, separated by a horizontal line.

Handwritten signature or name in the lower middle section of the page.

# Gymnasia

Vgl. - Theol. ev. asc. 1234

„ „ pol. 1319, 3

„ „ Cat. 1344, 3.

Hauptb. - 1 Ev. Dogm. Dr

Angew. 1: 1 Allg. ev. Theol. Dr

„ 2: 1 Exeget. Dr

25, 80, 2890, x

